



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Adiecti Heluetiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

28 ADIVNCTÆ REGIONES GERMANIAE,

Berne, & Vnder-
nal. de iis Plutarchum in
Mario. Malè Festus ait
eam Gentem eluuio-
ne maris regionem
suam perdidisse.

rum Antonino : so-
leure.
Arola Fl. Aar.
Amma Fl. Emma.
Alpes Penninæ.

VRB IGENVS
PAGVS

la Principauté de
Neufchâtel, la plus
grande partie du Can-
ton de Fribourg, & du
pays Roman.

Nomen habet ab ur-
be Vrbâ, vel Fluuiio,
& malè dicitur apud
Cæsarem pagus Ver-
bigenus.

Auenticum Colo. Flavia dicta quoniam
à Tito reparata est: Vviflisbury.

Minodurum, seu Minodum: Milden,
Gallicè Mouldon.

Colonia Equestris Nion ad lacum, vnde
in Notitia dicitur Col. Equestris hoc
est Nouidunum.

Viromagus, seu Bromagus: Bro.
Lausana: Lozane.

Eburodunum: Yuerdon.

Petinifca: Biel.

Vrba Ærbe, ad Fl. cognominem.

Murus Cæsaris, vbi nunc castrum Vir-
ginis: le Chasteau de la Pucelle.

NVM. 2. Adiecti Heluetiis.

RAVRA-
CI, Euef-
ché & Can-
ton de
Baſle. aliter Raurici, consilio ſæpe
cum Heluetiis coniuncti, vt
liquet ex Cæſare: apud Stra-
bonem lib. 4. cum Heluetiis
confunduntur, nam post
Heluetios ponit Medioma-
trices.

Arialbinum, postea
Basilia: Baſle.
Augusta Rauraco-
rum, aliter Rauracum
& Colon. Augusta.
Augſt vicus.

NANTVA-
TES, la par-
tie basse du
pays de Vaux. apud quos Cæſar
duas legiones
collocavit, hos
vocat Gallos, Li-
uius lib. 31. Semi-
germanos.

Agaunum, à saxo ſic dictum
nam lingua Gallicâ Agaunum
ſaxum ſonat, antea Ternadæ:
S. Maurice.
Pennilucus, Ioui Sacer, No-
uille.
Bibisco, ſeu Viuifco: Vi-
uey.

VERAGRI *partie Occidentale du bas Valais.* Quos Dio cum Nantuibus confundit; extendit enim eos ad Lemanum usque lacum. Octodurus Veragrorum vicus: Martinach, seu Martigni. Summus Penninus, seu Pennini vertex, ubi Iupiter colebatur. Irridet eos Liuius qui à transitu Penororum dictum putat.

SEDVNI *partie Orientale du bas Valais.* Ad quos Cæsar partem copiarum præmisit ad facilem Alpium transitum, quoniam hæc nonnisi ægrè mercatores transibant, persolutisque magnis portoriis. Hic Pennina Vallis. Sedunum: Sion en Valais. Rhodanus Fl. cuius hic validus occursus, postea tamen leniter fluit: le Rhofne.

LATOBRIGI *le haut Valais.* Coniuncti cum Heluetiis in expeditione Cæsarianâ, coactique in agrum suum redire satis feracem: Hic quoque Pennina vallis. Latobriga: Latbrige, vicus.

§. 2. Rhætia.

AMPLISSIMA Provincia extensa ad Brigantinum lacum, Rheni Fontes, & Veronam urbem. Quomodo discreta fuerit à Vindelicia, & quandonam huic coniuncta, atque separata non est facile statuere, siquidem auctores hic varie loquuntur, & verò etiam repugnant sibi. Nam cum Tacitus Rhætos à Vindelicis distinxisset, ait Oenum Fl. inter Rhætos & Noricos decurrere, insuper Augustam Vindelicotum nobilissimam Rhætorum Coloniam dixit. Origine fuerunt Thusci huius Regionis incolæ, qui Rhæto duce eò commigrarunt Iustino teste.

RHÆ- <i>partie</i>	T V- LIN- GI,	Heluetiis in expeditionibus coniuncti: cur autem in Rhætiâ collocemus efficiunt oppida illorum, nunc Rhætorum præcipua. Refert Cæsar armasse eos xxxvi. millia, unde colligitur amplos	Curia: Coire, seu Chur. Clunia: Felat Kirchen. Tinnetio: Tinnerzono, seu Tintsché. Taxgætiū: Tägesch Rheni fôs duplex.
------------------------------	--	--	---

D iij